Mierzwino antiqua
Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscensibus p[illegible]
bilis Jacobus olim Andreae Bogusz sanus mente et corpore [illegible]
bere recognouit. Quia Nobilibus Paulo et Francisci Kalinowski [illegible]
sowska relictae consorti primi olim Joannis Mierzwienski [illegible]
Jacobi Karczewski et ipsorum posteris obligationem suam terrae immobilis in bon.
Mierzwino antiqua consisten. sibi recognoscenti per olim Nobilem Joannem Mierzwien-
ski in duodecim florenis polon. inscript. cum omnimoda potestate eiusmodi Inscri-
ptionis sua ac parata Intromissione possessione tuitione Evictione et ligamentis in
originali Inscriptione contentis demittit omneque et integrum ius suum sibi ad prae-
missa serviens in personam ipsorum et eorum successorum plenarie transfert et trans-
fundit Intromissionem illis exnunc realem per Nobilem et Nobiles duos officii [illegible]
ptandam admittendo.

Markowski Quietatio
Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus pntr comparens
N. Nobilis Paulus olim Mathiae Makowski sanus mente et corpore exis palam publi-
ce ac libere recognouit. Quia sibi Nobilis Nicolaus olim Josephi Markowski Triginta
florenos polon. debiti coram Actis Terrestribus Branscen. inscripti persoluit ideo ipsum quie-
tat et Inscriptionem cum toto effectu cassat et annihilat perpetuo.

Przewuski et Radziszewski mutua Quietatio
Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Branscen. pntr comparentes Genero-
sus Paulus Przewuski ab vna Et Nobilis Andreas Radziszewski olim Petri filius partibus
tibus ex alia sani mentibus et corporibus existentes palam ac libere recognouerunt et qui-
libet illorum suo pro interesse recognouit. Quia ipsi se se mutuo et inuicem de omnibus
protestationibus Vulnerum obductionibus citationibus actionibus ratione quarumuis
iniuriarum et differentiarum ad quodcunque Judicium et officium institut. ob initam
concordiam et praestitam sufficientem satisfactionem quietant emittunt et liberos fa-
ciunt. Protestationes obductiones Vulnerum et Decreta omnia cum toto effectu
cassant et annihilant perpetuis temporibus.

Buiny Exemptio
Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus pntr compar[illegible]
Nobilis Michael olim Balthazari Sniecienski sanus mente et corpore [illegible]
ac libere recognouit. Quia sibi Nobilis Marianus olim Stanislai Sleczka [illegible]
ski ex obligatione bonorum immobilium in haereditate Buiny consisten. [illegible]
scenti per eandem inscript. summam septem florenorum polon. realiter [illegible]
integro persoluit ideo ipsum recepta et manualiter leuata [illegible]
quietat emittit et liberum facit Inscriptionem eiusmodi [illegible]
cassat annihil. et mortificat ac de bonis suprascriptis [illegible]
Personali sua recognitione in praemissis mediante.